quia non eodem ſenſum quo illi ſperabant
euenit. Sperabant enim ad meliora peruenire
ſed deteriora acceperunt. Uere enim intel
lexerunt bonum quod perdiderant & ma
lum id quia corruerunt. Ecce primus
hereticus id diabolus decepit ſeductores
ſuos aperientur oculi ueſtri. hoc est in malo
Et eritis ſicut dii id transgreſſores ſicut
ipſi demones ut propheta dicit omnes dii
gentium demonia. Queritur cur come
dit adam due cauſe ſunt. Eo quod
mulier ipſius comedit & ſtatim mortua
non fuit in corpore. Alia ut non con
triſtaret eam. Cumque cognouiſſent
ſe nudi eſſe hoc est de gratia dei conſuerunt folia
fici id addiderunt peccata ſuper peccatum quan
do ſe excuſauerunt post meridiem id quan
do de luce ad tenebras declinauerunt.
De immortalitate ad mortalitatem;
Sex peccata habuit adam. ſuperbia id
quando in ſua potius eſſe uoluit poteſtate
quam in dei; Sacrilegium;
quando non credidit